

Heinrich Rahn Friedrich Berlich

Disputatio Inauguralis De Privilegiis Nobilium

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732600502>

Druck Freier  Zugang



Adelsvorrechte

Progr. + Disp.

Ru für 1653. 1a

Hinnich Rahne, Prais

Friedrich Berlich, Resp.

mit Progr.

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
PRIVILEGIIS
NOBILIUM,

Quam

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA
Consensu Nobilissimæ atq; Amplissi-
mæ Facultatis Juridicæ in alma Rosto-
chiensi Academia

SUB PRÆSIDIO

VIRI

AMPLISSIMI, ET CONSULTISSIMI

DN. HENRICI RHANEN,

J. U. D. Prof. Publ. Ducalis Consistorii Asses-
soris ac Fac. Jurid. p. t. DECANI spectatissi-
mi, Fautoris ac Promotoris sui honorandi,

Pro consequendis in Utroq; Jure
Honoribus & Privilegiis

DOCTORALIBUS

Publico examini subijcis

M. FRIDERICUS BERLICHIVS
Lipsiensis.

In Auditorio majori d. 7. mens. Julii

Horis ante- & pomeridianis,

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

Anno M. DC. LIII.

1653

Σὺν Θεῷ καὶ λόγῳ!



Uris varias esse species, facile ex §. 3.
J. d. i. N. G. & C ad oculum patescit, easq; Forma Reipubl. Romanæ, quæ pro diversitate temporis nonnunquam diversa fuit, satis demonstrat. Hoc extra omne dubium constitutiones Principis in statu Monarchico, cum Majestas penes Monarcham, in quæm Populus omne imperium L. Regiæ contulerat. l. i. ff. de constit. Princip. obtinuisse. Harum vero quædam vim Legis obtinent, adeoq; procul dubio omnes tenent, §. 6. in fin. l. d. i. N. G. & C. quædam vero non propriè leges sunt, specialem tamen vim aliquid, quod non egrediuntur, muniendi habent. l. i. §. planè ff. d. Const. Princ. l. 2. C. d. ll. l. 68. l. 196. d. R. J. Princeps enim potestate suâ nomotheticâ interdum directe hoc agit, ut Legem faciat, vel de causis privatorum modo cognoscit, vel Magistratibus consulentibus responderet, vel supplicantibus subscribit, quas varias species suppeditat l. all. i. §. quodcumq; l. 3. C. d. ll. Interdum specialiter alicui quid indulget, unde speciales constitutiones seu resultant privilegia, quorum appellatio & prærogativis Nobilium indulta, in eo tamen differentia intercedere videtur, quod Nobilitatis jura & privilegia non sint merè personalia, ita ut Nobilis vita expirante, & ipsa expirent, sed quæ in Conjugem & postereros per sanguinem transferantur. Privilegiorum horum cum connexis juribus, tum speciali Lege, tum Consuetudine firmatorum, nonnulla in seqq. §§. verbis ut plurimum alienis, cum mea, nisi autoritate eorum, qui ipsi huic materiei lucem impertiti egregiam, muniantur, parum ponderis habitura credam, auxiliante Gratia Divina exhibebo.

§. I.



Um præsens thema sit ex numero eorum quæ complexa vocant, ne Andabatarum more pugnare videamur prius in voce cum inquiramus significationem. Deducitur itaq; vox privilegii

A

vilegiū à privo, quod idem est ac sejunctum proprium, singulare & communi seu publico contradistinguitur. Privos quippe annotante **Festo** antiqui dicebant pro singulis, unde & privata dicuntur, quæ uniuscujusq; sunt; vel à privando, quod Legem vi ac potestate sua privet, separatum quid à communi jure inducendo. **Jafon** in l. miles **6. n. 20. ff. d. re judicat.** quo respectu privilegium aliàs jus singulare **l. i. 6. ff. d. l. & lex privata c. privilegia dist. 3.** appellatur.

§. 2. Nobilis derivari posset à nosco, ita ut Nobilitas nota vel cognita virtus sit, sive per quam aliis innotescimus; Hinc Nobilis, quasi ob nominis claritatem & virtutum gloriam noscibilis, sicut è contrario **Plautus** faciem ignobilem pro ignotà usurpat. Vel quasi Nobis lis quod Nobilibus præcipuè incumbat Rempubl. armis defendere, licet enim non semper actu militent, tamen quia ipsi cum equis & famulis suis Domino ad serviendum parati sedent, quod vocare solemus **Ritter.** **Pfeidehalten/ Baldo** potentia & habitu milites sunt, adeoq; Nobiles qui à Principe, Duce vel Valvasore, ita ut longam annorum seriem numerare possint, investiti, & milites, **Cujac. Feudor. 2. tit. 10.** habentur pro æquivalentibus, & nomen Equitum hinc communiter videntur sortiti. Nonnulli dicunt quasi non bilis, quod debeant esse moderati, compositi & non iracundi animi, quæ ne alicujus selectui præjudicium fiat apponere libuit.

§. 3. Nobilitatis nomen generalissimè rebus maximè cognitis celebribusq; nonnunquam & obelisco insigni notandis, applicatur, quorum exemplorum uberem segetem demerere est apud **Tiraquell. d. Nobil. c. 2. n. 27.** Generaliter autem complectitur ordines & Dignitates Magistratuum, qua ratione ipsi imp. **l. 3. ff. d. natal. restit. l. 8. C. d. dignit.** Regi Romano, qui olim **Cæsarum** familia extincta **Cæsar** Nobilissimus vocabatur **Tacit. 1. Annal.** Principibus Ducibus **c. Venerabilem. X. d. elect. & elect. Marchionibus c. constitutis. X. d. rest. & attest.** Comitibus **c. grandi. d. supplend. neglig. Prælat. in 6.** hic titulus assignabatur, nec non & literatis & doctis **l. 4. ff. de excusat. l. 7. pr. C. de postul.** juxta nonnullorum interpretationem, præprimis, cum hac juris dispositione connectantur **R. A. zu Augspurg / d. Anno 1500. sub tit. von Ubersüssigkeit der Kleider / §. item die von Adel/ so noch nicht Ritter oder Doctores seyn.**

§. 4. Spe-

§. 4. Specialiter tamen & principaliter hic accipimus de iis quos communis usus loquendi Nobiles appellat, de quibus statuta, in quibus eorum mentio fit, Bart. in l. 1. C. d. dignit. intelligit, quique infra Barones sunt, qui nostro idiomate Junker, Gestrenge & passim in R. A. Edelleute oder von Adel vocantur; Privilegia quoque; hinc ea attendimus, quæ Nobilibus ob merita Reipubl. præprimis Virtutem bellicam indulta, quæque in posteris per sanguinem & successionem gentilitiam continuantur, ea vero quæ ex Nobilitate literaria seu togata resultant, commodiori loco & tempore aliquando reservantur.

§. 5. Sunt ergo privilegia Nobilitatis jura, quæ tum speciali lege, tum consuetudine, vel statuto obtinent, quibus nobilibus defertur, ut in signum dignitatis & eminentiæ concessæ (cujus tantam haberi rationem, ut Monachus ad tempus possit habere uxorem dispositione, Papæ, ne ejusmodi stirps Nobilis deficiat sine herede, putat Bald. ad L. si tibi filius, ff. d. adopt.) varios effectus, & à communis juris dispositione in nonnullis immunitatem, quibus plures ad studium virtutis incitari possint, consequantur.

§. 6. Cum autem jus vel Naturæ vel voluntati originem suam acceptam referat, ita privilegia Nob. voluntati Imp. prout hodie ea deprehendimus, suam constitutionem adscribunt, quippe ipsius dignitates Regales conferre & Nobilitare l. 5. C. d. divers. rescript. l. unic. C. d. his qui à Princip. vocat. accep. ab eoque dignitates fluunt eufonte, inque alios derivantur. l. un. pr. ff. ad l. Jul. d. ambit. unde qui se pro milite gessit, vel illicitis insignibus usus est, gravissime punitur, l. 27. §. 2. ff. ad. L. Cornel. d. fals. Nec est ut quis maximam Polit. alleget, quemlibet Principem tantum posse in suo territorio, quantum Imp. in Imperio; siquidem huic reponimus rationem l. un. C. d. thesaur. Et quod si quilibet imperii status jus nobilitandi suo obtineret jure, frustra & superflue id Archiducibus Austriæ peculiariter foret concessum, quæ tamen concessio facta apparet ex Limnæ d. Jur. publ. lib. 5. c. 2. Non negabimus tamen hanc potestatem aliis & competere, quod præter illustres Knich. de Saxon. non prov. jur. verb. Ducum cap. 1. num. fin. testabuntur Comites, ut vocantur Palatini. Theodo. Hôping d. insign. jur. c. 8. §. e. membr. 4. n. 88.

§. 7. Causa vero ob quam Nobilitati privilegia Principis auctoritate indulta, quondam varia fuit reputata; Romæ Nobilium privilegii

gnis digni reputabantur, qui ex ordine Senatorio; apud Thebanos, qui
 ευγενειαν & Generis antiquitatem præterdere poterant; apud Asiati-
 cos, qui divitiis excelebant, apud alios qui equitatu, **Patrit. lib. 6.**
d. instit. Reipubl. tit. 1. apud alios, ut & Turcas qui virtute clari,
 cui postremæ sententiæ quis facile assensum præberet, dum ob virtutes
 Potestatem Summam ad honores, qui virtutis præmia, conferendos
l. 4. C. d. Stat. & imag. commoveri exempla testantur. Unde Plato
 Nobilitati varias species assignans, omnium præstantissimam æstima-
 bat, cum quis animi ingenuitate & magnitudine excelleret. Quo respec-
 tu dubio procul Socrates interrogatus quid Nobilitas? eam per *ευ-
 γενειαν ψυχης και σώματος* definiit. Et **Justin. lib. 15.** Erat Ly-
 simachus illustri quidem Macedonia loco natus, sed virtutis Experi-
 mentis omni Nobilitate clarior. Hinc videmus in militia, veluti si quis
 à Principe Exercitui præficiatur, aut aliàs factis laboribusq; egregiis in-
 clarescat **LIV. lib. 10.** talia privilegia nonnulli conferri. Divitiæ
 itaq; minimè causa adæqvata erunt, nec ex rationis paritate Feudi ac-
 quisitio, alioquin ut **Tiraqvellus de Nobil. c. 7. n. 14.** notat, nul-
 lus rusticus locuples foret, qui non à quocunq; Feudum nobile haben-
 te, nobilitatem & sibi acquirat, feudum illud multo pluris, quam vale-
 ret, si iusto pretio alias habere non possit, emendo. E quibus hoc fuit
privilegia sine causa legitima Nobilibus concessa, pro privilegiis non
habenda, quæ Eveni III. Reg. Scotor. quo sibi quidem ante nuptias
Sponsarum Nobilium, Nobilibus vero plebeiarum pudicitiam præli-
bare potestatem fecit, cujus meminit Lansius in Consult p. 714.

§. 8. Forma elucescit ex modis concessionis, Si quidem confe-
runtur vel Lege, qua ratione mulieres plebejæ Viris Nobilibus nubentes
eorum privilegia consequuntur. l. 8. ff. d. Senator. l. 10. l. ult. C. d.
nupt. l. 13. C. d. dignit. vel diplomate scripto, quod optime diplomata
publica exhibebunt, item expresse, ut si insignia cum galeis apertis por-
riguntur, & de voluntate nobilitandi constet, nec non aliis modis, cum
plus nonnunquam facere quam verbis demonstrare c. 52. X. d. appellat.

§. 9. Subjectum horum privilegiorum constituunt ij, quibus portæ
dignitatum non sunt præclusæ, quosve virtutum ornamenta probant,
quique de Republ. aut Principe insigniter sunt meriti sive ipsi talia pri-
vilogia primi fuerint consequuti, sive quod legitime acqvistorum effe-
ctus, Parentibus Nobilibus in eadem dignitate succedant. l. 1. C. d. di-
gnit.

gnit. eandemq; propria virtute adaugeant. Quod si verò mater fuerit ignobilis, filii quidem sequuntur patris Dignitatem. *l. 19. ff. d. stat. hom. ficat & ipsa mulier. l. ult. C. d. incol.* adeo ut viro mortuo iisdem prerogativis gaudeat & pro nobili habeatur. *l. 22. §. 1. ff. ad municipal. l. 10. C. d. nupt.* Attamen qui utrumq; parentem nobilem habet, præferri ei qui alterum tantum, ex *c. pen. X. d. præbend.* nec non Legibus ludorum equestrium ab Henrico I. institutorum, ut & aliorum locorum consuetudinibus, alii colligere Saragunt.

§. 10. Non autem incommode quæritur an ad liberos ante nobilitatem patris natos extendenda Nobilitatis privilegia? Quod affirmamus, tum quod, quicquid pater acquirit, tam liberis ante natis quam nascendis acquirit, tum quia post mortem demum competit successio, adeoque & pro primogenito Regis haberi ex historiis constat, licet ante acquisitam à Patre dignitatem Regiam natum, & alteri in iure primogenituræ præferri, *A. l. 5. ff. d. Senator. l. 9. §. 14. ff. de pen. l. 22. §. 5. ff. ad municipal.*

§. 11. Ut autem Nobilia hæc privilegia ad posteros transferantur, ante omnia iustum & legitimum requiritur sit matrimonium, bastardi enim & qui illegitime nati eorum non fiunt participes, nec iure communi Patri succedunt. *l. 4. ff. unde Cognat.* imò mulieribus illustribus, quibus castitatis observatio præcipuum debitum est, nominari spurios injuriosum & satis acerbum. *l. 5. C. ad SCT. orphit.* It. non consequuntur hæc privilegia adoptivi, tum adoptio jus sanguinis, à quo tamen nobilitas propagatur per posteros, minime conferat. *l. 23. ff. d. adopt. & non in privati, extra crimen læsæ Majestatis, arbitrio, nobilitatem conferre, & vice versa, si nobilis se plebeio arrogandum dederit, nobilis esse non definit. l. 25. ff. d. adopt. l. 6. §. 1. ff. d. Senator.* Quod autem dictum nobilitatem à parentibus conusatione sanguinis transire in liberos, excludit heredes transversales, nisi ij ab Imp. simul fuerint nobilitati *A. c. privilegium d. R. J. in 6.*

§. 12. Objectum Circa quod privilegia versantur multiplex est. Concernunt enim quædam Nobilium dignitatem ipsam, ob quam in omnibus reverentialibus, verbi gratia priori loco, nisi postremus aut medius consuetudine loci honoratior, præhonorantur. *Al. 2. l. 3. C. d. offic. divers. judic. l. 2. C. ut dignit. ord. serv. c. 15. X. d. major. & obed.* Deinde ut nobilibus concedantur insignia cum apertis galeis mit offenem Helm / quæq; rerum gestarum signa complectantur, Et sicut hujusmodi in-

signia ad dignoscendas familias & agnationes adinventā, Nobiliū characteres vel *δείγματα*, quibus dignitas potentiorum clara, nemini impune usurpare aut eligere licitum; **PANORMIT. in c. dilecta. X. d. excess. Prælat.** Dignitatis quoq; ratio in eo habetur, ut Princeps Nobiles sibi comites potius adsciscat, quam ignobiles lateri suo jungat. *l. 19. C. d. testam.* hinc nō aliter ac ut ubi Imperator ibi Roma, ita ubi Princeps ibi copia præsumatur Nobiliū. Deinde nobilis si conveniatur, pedes ire non tenetur, sed expensas quas in equū fecit, repetit. **Bald. in l. 10. C. d. oper. libert. Gail. 2. obi. n. 4** ne quicquam contra ipsius dignitatem esse videatur. *arg. l. 38. ff. d. oper. libert.* unde apud Persas eqvo vehi aut pedes ire nobilitatem à vulgo distinxisse tradit **Tiraqvell.** nec non dignitati accensendum, ut homagium præstantes in nonnullis locis ad osculum Principis admittantur. plura recenset **Carol. Tapia p. i. c. 16. n. 2.**

§. 13. Quædam Officia publica, verbi gratiā, quod Nobiles in assequendis Magistratibus, ignobilibus præferantur. *l. 14 §. 3. ff. d. muner. & honor. l. 7. §. 2. ff. d. decur. Nov. 15. c. 6. Erklärung des Landfriedens zu Nürenberg d. A. 1522. §. und sol darauff.* Quod non tantum **Plato 3. d. leg.** inter septem rationes imperandi posuit, aut **Aristoteles 2. Pol. 8.** confirmavit, sed moribus & usu variarum Gentium receptum historiæ exhibent, hocq; in secularibus dignitatibus non modo, sed & in beneficiis & electionibus officiorum spiritualium. *c. demulta. X. d. præbend. c. pen. eod. gloss. in c. ult. X. d. pæn. in verb. nobilitati.* Sic Romani olim in numerum, Pontificum & Augurum Patritios, **Dion. Halycarn. i. antiq. Rom.** allexere. Legationes quoq; si spectaverimus, id ipsum in dubium non vocabimus *l. 4. §. 5. ff. d. legat.* quæ tum apud gentes sanctæ habentur, ita iis tales præficiendi, qui tum claritate honorifica, tum circumspecta diligentia in defunctione legationis stadium duraturæ gloriæ emetiantur. Et quamvis à muneribus publicis immunitatem tribuat nobilitas *l. 4. l. 7. l. 14. C. d. dignit. l. 17. §. 1. ff. d. excusat.* E qua colligunt nobilem virum ad tutelæ munus pupillorum ignobilium non cogendum *A. l. 1. §. 4. ff. eod.* hoc tamen de iis modo exaudiendum, quæ plus oneris quam dignitatis annexum habent, quæ ipsis imponi non debent. *l. 10. ff. d. muner. & honor. A. l. 5. C. d. S. S. Eccl.* Deniq; huc spectare videtur, quod iudicio & suffragio Nobilium leges sanciantur. *2. F. tit. 52.* Prudenter enim semper observatum

u

ut ordinationes Principum, Consiliariorum, Parlamentorum, Nobili-
um præscitu & consensu edantur. *l. 8. C. d. ll. aurb. habita pr. C. ne fil.
pro patre*, quo consentientes & volentes ad earum observantiam eo fir-
mius obstringantur. Unde & esse puto, quod ipsius Imp. potestas le-
gem universalem condendi, centro atq; spatio certo hodie circumscri-
pta. Clut. in Syllog. rer. quot. concl. 21. Ord. das Reich.
zu Augspurg 1500. prin. Decret. Spirens, d. An. 1526. in fin. pr. & passim
in Recept. Imp.

§. 14. Insuper Nobilibus prærogativa in eo concessa, ut vestitu ac
ornatu ab ignobilibus discernantur. *l. 2. C. d. Vestib. holober. & aurat.*
Quod non modo apud alios populos observatum, ut de Indis, apud
quos nemo nisi nobilis byssum induere poterat, testatur Philostratus
in vit. Apollon, lib. 2. d. Parthis, apud quos Nobiles anaxy-
ridem triplam, Justin. lib. 41. d. Persis, Atheniensibus, apud quos in
auribus aurum Nobiles ferre, tradiderunt Curt. & Arrianus Ni-
comedensis. de Romanis, quorum Nobiles lunulis in pedibus, ut
Juvenal. Satyr. 7.

Nobilis & generosus

Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

& phaleris usos, Persius Satyr. 3. scribunt. Sed de Germanis Ta-
citus. lib. 1. d. morib. Germanor. Prout vestes sericas Nobilibus
& eorum uxoribus concedit Reformat. guter Polickey zu Augspurg
An 1530. & P. O. d. An. 1577. Tit. vom Adell 14. Hinc probabiliter
DD. colligunt Nobilem, qui vili veste ob inopiam indutus, quiq; ob ve-
recundiam domo egredi impediatur, qui rebus suis super esse non pos-
sit, in integrum restituendum arg. *l. 10. ff. ex quib. caus. major.* Quia sine
dedecore in publico comparere non potest, conferatur. *c. si qui testi-
um. x. d. testib.*

§. 15. Inter ea, quæ ob bona Nobilibus indulta præcipuum vide-
tur, quod de iis extraordinaria aliqua collatio non exigatur, quoniam
qui ad servitium tenetur, ad pecuniarias contributiones non est urgendus.
Land-Recht lib. 2. artic. 27. ne duplici gravetur onere. *l. 4. §. 2. ff. ad
L. Rhod. d. fact. l. 10. ff. d. muner. & honor.* quod nonnulli, moti R. A. zu
Speyer d. An. 1542. §. doch sollen. R. A. zu Speyer d. An. 1544. ad res
mobiles, quæ fructus non proferunt, extendunt. Verum cum verif-
time

simè dicatur *εἰς ποὺν ἀνάγκη*, eaq; legi non subiaceat. *c. licet. X. d. feriis.*
c. 2. in fin. X. d. obser. jejun. imminens & haud provisiva extrema necessi-
tas, contra quam rationi communis utilitatis subveniri aliter, vel eadem
ex contributione aliorum sublevari nequeat, merito alicui videri potest
excepta *§. licet vasallus 2. F. 26.* adeoq; ob expeditionem Turcicam ne-
minem R. Imper. videntur excipere. R. A. An. 1495. pr. An. 1500.
1542. *§. und nemblich sollen alle. §. es sollen auch alle Chur Fürsten. An.*
1544. §. und nemblich sollen alle. An. 1594. §. demnach sollen die Dn-
terthanen. Et licet Guid. Pap. dec. 384. indifferenter apud Gallos
nobiles immunes asserat nulla bonorum allodialium & Feudalium di-
stinctione facta, quo minus tamen id nos generaliter admittamus facit,
quod Nobiles pro his bonis, quæ ipsis accesserunt à rusticis, *Bon de-*
nen hufes Landes/welche die von Adels/ in weinig Jahren von Bauren
an sich und zu den Lehngütern gebracht contribuere teneantur. Mo-
dest, Pistor. consil. 9. n. 47. vol 2.

§. 16. Hac occasione quaritur an Nobiles bona vacantia & absq;
successore jacentia Erblose Güter / suo lucro arripere possint? quod
consuetudinem comprobare, ut qui jurisdictione & merum mixtumq;
imperium habet, bona vacantia in suo territorio occupet, ex Bartol.
in l. 1. C. d. bon. vacant. notat Sixtin. 1. Regal. lib. 2. c.
9. n. 60. Bonis quoq; accensendum quod Nobili alimenta pro di-
gnitate constituenda *l. 1. §. 19. l. 4. §. 1. ff. d. ventr. in poss. mitt. l. 25. §. 1.*
ff. d. usufr. & quem. l. 13. pr. ff. d. administr. tut. ne pauperum cibus vesci
cogatur. c. non cogantur Dist. 21. c. Episcopus 10. q. 2. Qua ratione & in-
dote constituenda Viri nobilitas spectanda venit *l. 60 ff. d. jur. dot. l. 69.*
§. 4. eod. l. 43. ff. d. legat. 3. ita, ut si nobilem nubere contingat ignobili, con-
trarium obtinere videatur, ut minor, aut certe nulla dos marito consti-
tuatur, tanquam uxoris nobilitas pro dote sit, ut notat Tiraqvell. c.
20. n. 164. De jure Sax. quoq; viduæ Nobilium præter geradam,
Nustheil / Morgen-Gabe / cæteraq; commestibilia petere possunt.
Consult. Constit. Saxi tom. 2. p. 2. q. 44. qua dere adeatur
Georgius von Nordschitz. Ne hic prætereundum quod pompa fu-
nebris nobilium possit esse major & sumptuosior, quam ignobilium
l. 12. §. 5. l. 14. §. 6. ff. d. Rel. & sumpt. fun. l. 12. ff. d. usu & habit. sive
quod

quod depictæ majorum imagines quas in funeribus Nobilium præferre solebant, vel depicta hodie insignia gentilitia, vel locus sepulturæ, vel feretrum (quippe sandapila plebei efferebantur) plures sumptus requirerint. Cui affine, quod si quid nobili concessum, pinguius concessum videatur, propter dignitatem enim ipsa rei augetur utilitas *l. 18. ff. d. judic. A. l. 125. ff. V. S.*

§. 17. Non incommodè post bona referentur operæ, quas rustici Nobilibus ratione mansorum rurales vel si ipsis non est integra huba, manuaras præstant; Quæ si indeterminatæ fuerint, toties, quoties exiguntur præstandæ. *Gail. 2. observ. 62. n. 12.* Quippe ex commodo domini operæ edendæ *l. 24. ff. d. oper. libert.* quæ operum exactio semel legitime acquisita, licet per multos annos non frequentata, non amittitur, dum Nobilis à Principe investitus per unicum actum exercitum in totius juris concessi quasi possessionem pervenit. *c. 3. X. d. caus. propr. & possess. A. l. 8. l. 9. ff. quem adm. serv. amitt. l. 3. §. 1. ff. d. aq. poss. & angari nullam libertatis quasi possessionem adipiscuntur, quamdiu non requiruntur; Præprimis cum per non usum privilegia non amittantur, si se non obtulit utendi facultas. l. 35. ff. d. serv. rust. præd. conferatur Excell. Dn. D. Ziegler, in §. nobiles concl. 1. n. 88. ad prax. Calvol. Tenentur autem subditi servitia debita præstare sumptu non nobilium sed proprio. *l. 18. ff. d. oper. libert. & si quibus ad ea instrumentis indigent, suo sumptu comparant & fracta reficiunt. l. 2. §. 1. ff. ad L. Rhod. d. jact. Dn. patrens meus lib. 2. concl. 65. n. 16. & 17. Wehn. Pract. observ. in verb. Dingnostul.**

§. 18. Pergimus ad privilegia quæ circa Nobilium judicandi potestatem occupata, quorum primum videtur, quod Nobiles in suis villis & pagis habeant jurisdictionem & mixtum merumq; Imperium, cujus vi & jus dicere & judicatum tam in Civilibus quam Criminalibus executioni mandare possunt. Non enim frustra arma gerunt, imò quod aliis interdictum. *l. un. C. ut armor. us. præprimis rusticis. 2. F. 27. c. 5. nobilibus simul imp. concessisse videtur, A. l. 12. pr. ff. d. judic. c. nonne X. d. præsumpt.* Unde experientia testatur Rusticos coram Nobilibus in prima conveniri instantia, ipsosq; Nobilibus tanquam Magistratibus suis juramentum & subjectionis & fidelitatis, non saltem ob fundos quos

B

ab

ab iis recognoscunt, sed & ratione domicilii præstare, Nobilesq;
rusticos castigandi jus habere. Bald. in auth. adhæc C. d.
lat. lib. toll. A. l. ii. §. 7. ff. d. injur. Quodve rustici Nobilibus certam
pecuniæ, aut frumenti summam, gallinas, capos annuatim dare cogan-
tur, in recognitionem superioritatis & jurisdictionis fieri colligit Hu-
san. d. hom. propr. c. 6. n. 63. 64. asserens, sicut gallinæ ple-
rumq; in altum volant, ita præstatione earum, altitudinem juris signi-
ficari. Sic & ad contestandum obsequium reverentiale, rustici emphy-
teuticos fundos possidentes eosq; alienantes, ob mutatam personam
vasalli pro loci consuetudine Nobilibus tenentur præstare laudemium.
l. ult. C. d. jur. Emphyteut. ut nobilis novum vasallum laudet & agnoscat.
Bursat. conf. 137. n. 23. Sed nec oppignorandi eos facultatem
habent sine consensu domini Dn. Parens meus p. 2. Concl. 29
n. 4. Præterea Nobiles vi competentis jurisdictionis injurias à subdi-
tis sibi illatas, absq; alterius judicis cognitione vindicare possunt A. l. 15.
§. 39. ff. d. injur. c. Salonitana 24. Dist. 63. c. 1. d. pæn. in 6. quamvis ali-
as nemo (solo Imp. excepto l. 41. ff. d. hered. instit. l. 3. ff. d. his que in
restit. del. §. ult. l. d. vulg. subst.) in causa propria jus sibi reddere possit.
l. 10. ff. d. jurisdic. l. 13. §. pen. ff. ad Sct. Trebell. l. un. C. ne quis in sua caus.
judic. aut coram propriis suis officialibus rusticos suos convenire vid.
Dn. Parens meus p. 1. Decis. aurear. dec. 9. Nobilium in-
super potestatem firmat, quod officiales Principum non possint subdi-
tis & famulis Nobilium immediate mandare. Dn. Parens meus
p. 1. Dec. 59. n. 8. & p. 1. Concl. 2. n. 4. nisi ex commissio-
ne Principis vel ejusdem judicii in Saxon. des Hoff. Gerichts Nobiles
immediate evocentur. Reink. d. R. S. & E. 15. II. n. 45. Huc
quoq; referendum ut quamvis quisq; liberam rerum suarum habeat ad-
ministrationem l. fin. C. d. pact. Nobiles tamen rusticis suis inhibere
possint, ne victualia & blada extra territorium extrahant A. l. 1. C. d.
Episc. audient. sed intra castrum frumenta sua non aliter tamen quam
pro justo & æquo pretio distrahant. Peguera dec. 88. n. 4. E quo
ulterius fluit, quia dominorum interest subditos habere præsentem,
quod rustici cogi possint, in suis ut habitent domiciliis, neq; in præjudi-
cium Nobilium alibi divagentur, vel serviant, prout hujus terræ Meckl.
consuetudo fert, ut licet ab alio detineantur, apud quem operentur, iterum
tamen

tamen revocari possint. Huic affine jus Patronatus, ejus vi Nobiles in Ecclesiis suis nominandi, vocandi aliquem in locum vacantem, potestatem obtinent. Priusquam hoc membrum finiam quæro an Nobiles Regalia obtinent? Et licet Stephan. d. nobil. c. 6. n. 28 regalia habere privatis prorsus indignum, cum aliis, quos allegat, censeat: Attamen, cum non modo jura Majestatis ut propria communicari possint, & merum mixrumque imperium, jus venandi, quæ inter Regalia recensentur, Nobiles etiam mediate imperio subjectos ex Principis concessione, vel legitimi temporis præscriptione obtinere, ipse, quem pro sua sententia Stephani allegat, Sixtinus lib. 1. d. Regal. c. 4. n. 99. cum Wefenbec, Pruckmanno, Vulteio, largiatur, affirmantium calculo potius accedimus.

§. 19. Privilegia si Nobiles ipsi conveniantur, sunt, Quod non facile à subjectis suis conveniantur A. l. 2. ff. d. in jus voc. c. 1. d. purg. Canon. Quod si verò conveniri eos contingat, ut vel in scriptis citentur. l. 17. C. d. dignit. quo omisso neq; in civili, neq; criminali causa conventionem sustineant, vel ad domum Nobilis (pro ratione circumstantiarum) deveniatur & cum ipso ibi agatur. A. l. pen. §. ult. ff. d. condit. & demonstrat. Hinc apparet quod quamvis Imp. Romanus judicio Comitum Palatini, juxta tenorem A. B. tit. 7. in fin. in causis super quibus impeditus, subiaceat: Attamen Nobilissimæ Dignitatis ratio & hic habeatur, ut Comes Palatinus in palatio Imp. ipse conveniat. Præterea licet communiter in causa criminali frustra procurator interveniat. l. pen. ff. d. publ. jud. & ib. DD. Nobilibus tamen per procuratorem in criminalibus comparere licet. l. ult. C. d. injur. l. 25. C. d. procurat. Nov. 71. c. 1. Insuper cum in familia facti Nobili & quæ dignitate præfulget præprimis pro insigni injuriâ & pœna reputanda, at vero actio de dolo malo famosa l. 1. §. 4. ff. d. dol. mal. ea adversus nobilem non datur. A. l. 11. ff. d. dol. mal. quoniam alias famosa actio non temere à Prætoce decernenda, in primis cum civilis sit, quæ experiri possimus. l. 1. §. 4. ff. d. dol. mal. Licet autem Nobilis civiliter conveniatur, non ultra tamen hoc judicium intenditur, quam facere potest, sed omnino ipsi relinquendum, quo vivere possit A. l. 6. l. 18. ff. d. re judic. Et quamvis immobilia non possideat, quod alias attenditur in judicio. l. 15. ff. qui fatid cog. satisdare no cogitur. arg. s. 2. l. d. satisdat l. 17. C. d. dignit Nobiles quoque in viti testimonium dicere non coguntur. l. 8. ff. d. testib. l. 16. C. eod. quod si v. deponant, eorum pau-

ciorum licet testimonio magis creditur quam plebeiorum *A. l. 5. d. testib.* Siquidem nobilitas generis omnem remover suspicionem fraudis, unde statim interdum dicto unius nobilis asserit **Lucas d. penna in l. mulieres §. præferendi C. d. dignit. c. talia. 8. q. 3.** & mulieres nobiles viris ignobilibus in testimonio præferri tradit **Tiraqvell. c. 20. n. 33.** singulariter autem notandum quod **Gail. 1. obs. 101. n. 14.** ponit, Nobiles in Bohemia, Austria, Bavaria ad testimonium dicendum non teneri personaliter comparere, sed posse depositionem suam obsignatam, *unter ihren Handschriften und Puschafften/* iudici Examini transmittere, Quod si autem in nonnullis locis juramentum nobilibus, qui cum rusticis in testes producuntur, deferatur, nobilibus seorsim deferatur, licet hoc **Rutg. Ruland. d. commiss. p. 2. lib. 2. c. 12. n. 13.** urbanitati potius, quam necessitati adscribat. Quibus connumerari possit, quod Nobili dicenti se mandatum habere, fides tribuatur contra *l. 1. C. d. mandat. Princ.* prout notat **Tiraqvell.** nec non quod ætatem suppleat, quod idem constitutionibus Siciliae comprobatur.

§. 20. Tandem properamus ad privilegia quæ circa pœnam versantur. E quibus generale quod in materia carcerum multum deferatur nobilitati, *l. 1. ff. d. custod. reor.* nobilibusque loco carceris palatium assignari possit, vel propria domus in Civitate, quod usitatum **Coler. d. process. execut. p. 2. c. 3. n. 79.** asserit & Cimbrorum exempla, wenn Sie sich zum einrith oder einlager verschreiben confirmant, cum nobilis non præsumatur profugere ex loco sibi pro arresto deputato, vel pacto obstagii contravenire **Coler. p. 1. c. 7. n. 12.** Deinde Nobiles non subjiuntur quæstionibus *A. l. 3. §. 1. ff. d. re milit. l. 8. l. 11. C. d. quæst. l. 10. C. d. dignit. c. nullus. 6. q. 1.* quam sententiam constanter tueretur **Zanger. d. quæst. c. 1. n. 30.** & seqq. Quodve Lipsienses in responso quodam ampliarunt, **Consult. Saxon. q. 49. 4.** quo in loco all. & hoc additur illud privilegium nulla consuetudine tolli posse, quod tamen pulchra distinctione dirimit **Kotschis in process. jur. c. 11. n. 10. p. 2.** Præterea si deliquerint mitigari illis pœna solet. *l. 6. pr. ff. ad L. Jul. pecul. l. ult. ff. d. incend. rum. naufr. l. ult. ff. d. sepulc. viol. l. 2. ff. d. term. mot. l. 16. ff. d. pœn. l. 6. §. 2. ff. d. interd. nisi*

nisi atrocitas crimen adaugeat. A nonnullis pœnis quoq; prorsus eos vult immunes Bartol. nempe ne flagellis cœdantur, ne strangulentur, sive de patibulo suspendantur Tiraqvell. c. 20. n. 111. & Deniq; in quibus dignitatis ratio habetur, Nobilitati quoq; deferendum, DD. volunt, A. Nov. §. 1. c. 1. in quantum tamen juribus aliorum non derogatur.

§. 21. Hæc fuere privilegia quæ in genere Nobilibus competere possunt, Specialia autem sunt quæ competunt Nobilibus Imperio immediate subjectis *Ordin. Camer. p. 2. tit. 5.* ibi *Edelmann oder andere des Adels.* quorum privilegia æquè in capitulatione Cæsarea à Rege Romano confirmantur ac aliorum Statuum *Magnif. Dn. Carpzov. Comm. ad L. Reg. Germ. c. 3. §. 13. n. 13. & 16.* unde & *Rumelin p. 1. Diff. 1. A. B. th. 12.* eos statibus Imperii adhuc annumerare conatur. Tale autem est jus austregarum, quo uti possunt ut alii Principes. *Ordin. Camer. p. 2. tit. 3. & tit. 4 & 5.* ibi *Ritter oder andere des Adels / die ohne Mittel dem Reich unterworfen.* Speciale quoq; est quod Ganerbiis indultum societatem vel confederationem inire, eamq; certis legibus & conventionibus inter se firmare, unde *Gan Erben Häuser /* quales Arx Fridburgensis, Saltzburgensis, Rotenburgeris, denominata, quæ proprium suum Burggravium & Regalia obtinent, quibus confirmatio & protectio superiorum & potentiorum accedit. Quod si tamen quis contra Ganerben / qui diversis iudicibus subjecti sunt, supplicare velit, ex causæ continentia processus decernendi, prout factum in causa *G. von E.* contra *W. 8.* Jun. 1592. testatur *Gylman. tom. 3. Sympho. fol. 99.* Sed harum præclararum exemptionum privilegia referuntur in catalogo privilegior. in verb. *Getnhäusische Freyheit /* vid. *Dn. Befold. in Thes. pract. sub hoc verb.*

§. 22. Jam ulterius videndum quomodo Nobilis suis privilegiis uti debeat, contra æquè enim privilegiatum iis uti posse nobilem, non videmus. *A. l. §. ff. d. excusat. Tutor.* si sc. privilegii causæ pares, vel paris potentia, Bartol. ad auth. *quas actiones C. d. SS Eccles.* Quod si vero diversa fuerit privilegiatorum ratio ut *l. ult. ff. ex quibus caus. maj.* vel diversus respectus, quid ll. vel Curiarum observantia determinent, merito spectatur.

§. 23. Cum verò quod semel legitime acquisitum, sine culpa auferri non debeat *l. 11. d. R. I. De causis quibus talia privilegia amittantur dispiciendum. Talis verò est infamia & vitæ turpitudine c. nobilis 2. q. 4. l. 1. C. ubi senat. vel Clar. l. 17. C. d. dignit. it. Exercitium artium illicitamur & vilium l. 13. l. 16. C. d. excusat. muner. nempe si nobilis rem vilem exercens, ter admonitus non destiterit, ut vult Mynfinger: A. c. fin. X. d. vit. & honest. Cler. qvo & mercatura refertur, l. 3. C. d. commerc. & mercat. l. 6. C. d. dignit. l. un. C. d. perfectiss. dignit. Mynf. 6. obs. 54. adeo ut qui eam exercent, ludis vel torneamentis, pro consuetudine loci interesse nõ possint, ne ipsa dignitas illiberalis quæstus vilitate fordescat, ordinesq; optimè inter se distincti confundantur; quod tamen ad fructus in agris propriis natos non extendere vult Cravett. Conf. 163. n. 3. lib. 1. Hinc res rustica seu agricultura quæ juxta Ciceronem homine libero nihil dignius, Nobilium privilegii nihil detrahit, nec iis quod in villa habitent, modo non propriis manibus laborent. Guid. Pap. Dec. 41. officit. Quod si vero cerevisiam coquant, eamq; venum publicè dent, an hoc modo privilegii suis præjudicent, dubio non caret Moller. tamen 4. semestr. c. 17. pro usu domus & familiæ id ipsis non interdictum censet, qui adiri poterit. Non autem huc referendum, si Nobilis advocati munere fungatur, quippe quod pro vili minime, sed potius laudabili l. 4. C. d. advocat. divers. judic. l. 7. C. d. postul. reputandum, cum nec privilegia ob procuracionem amittantur, quæ alias pro abjecta haberi solet. l. 34. C. d. decur. Paupertate aut tollantur? dubium facere videtur Bartol. in l. 1. C. d. dignit. verum præpostero hominum sensu ea contemni verius videtur quàm amitti arg. l. 7. C. d. incest. nupt. Brevitati autem dum litandum plures modos referre nobis non licet.*

§. 24. De eo quæri solet, an ob Patris delictum, quò nobilitatis privilegia amittit, & liberi iisdem priventur? Ante omnia vero inspicendum notant, num liberi nobilitatem habeant ex persona Patris, num proprio jure, quò posteriori casu delictum à Patre admissum, Personam ejus non egreditur, cum nemo alterius odio prægravari debeat. c. 22 d. R. J. in 6. nec nobilitati liberorum nocet, quippe à solo Patre filio auferri nequit, quod à non Patre solo, sed Genere. A. l. 7. §. ult.

ff. d.


ff. d. senator. l. 3. ff. d. interdict. & relegat. Sed nec hoc Scrupulo caret, An Nobilis privilegiis suis renunciare possit? Et magis videtur, ut in iis in quibus Nobilitati præjudicium fieri possit, renunciatio non admittatur. *A. c. si diligenti X. d. for. compet.* in iis vero quæ non directè ad publicam observationem, sed respectum hujus vel illius Nobilis tendunt, nobilis juri suo renunciare valeat, cum nemo facile aliàs cum iis contraheret, cum verendum, ut jure sibi competente, adversus illos, nihil vel parum plebeius consequatur.

§. 25 Adversus eum vero qui alicujus Nobilia privilegia indebitè & injuriosè intervertere conatus fuerit, experiri Nobilis poterit variis modis. Primo quidem, cum actionibus præjudicialibus, de statu alicujus personæ contendamus, Nobilitas vero ad præcipuum hominum statum Civilem referenda, nobilitati quoque actio præjudicialis competere videtur. *Oldendorp. class. 3. act. 9. q. 8 §. in tertio judicio.* Deinde pro nobilitate tuenda quis vel petitorio vel possessorio agere potest. Et petitorio quidem ut actione confessoria vel negatoria obtineat, qui nobilis agnoscatur, prius tamen privilegia sua bullæ concessionis, vel præscriptione, vel istius loci chronicis, consanguineorum super ipsius genealogia deponentium testimonio, nonnunquam etiam feudo antiquo, quod à majoribus possessum ad ipsum seu successorem legitimum translatum, probet, nemo enim hoc judicio uti poterit, nisi suæ intentionis cardinem prius articulis, ubi solitum, ostenderit. Possessorio qui uti satagit ad communem de privilegiis suis conceptam existimationem & opinionem hominum provocabit, aut ad privilegiorum actus exercitos, quæ fama si inconcussa, in privilegiorum possessione merito relinquendus, nec onere probandi prægravandus. *Steph. c. 8. n. 18.* Olim equidem, cum controversias etiam magni momenti duellis, quæ certis ceremoniis instituebantur, quibusve benedictiones sacerdotales & preces, ut Deus justam adjuvaret causam *Excell. Dn. Conring ad Lampad. in M. S.* super accedebant, commissas legimus, si quid de alicujus Dignitate vel fama ageretur, monomachia, quocumque dirempta, ita ut alius læsum, alius eum qui læserat propugnarent. *s. 2. X. d. purg. vulg.* Verum cum sæpius hoc modo innocens damnari posset,

posset, nec Prætor ad arma procedere patiatur, quos sua componere jurisdictione poterit. *l. 13. §. æquissimum. ff. d. usufruct. & quemadmod. talisq; armorum usus ab Imp. l. un. C. d. gladiator l. un. C. ut armor. us. in sc. Princ.* interdictus, non immerito in delvetudinem abiit. *c. 1. X. d. purg. vulg.* Quod si vero quis Nobilis famam convitiis profciderit, vel laceffiverit, nobilis remediis jure licitis, puta vel L. diffamari, vel actione injuriarum, uti, quam ad restitutionem honoris & pænam privilegio insertam, luendam, coram Camera Imperiali *Gail. 1. obl. 10. n. 2.* intentare poterit.

Verum ne contra Nobilissimæ Facultatis Juridicæ statutum excrescant propositæ pagellæ, filum abrumpo. Ter Max. omnipotenti DEO laus sit & perennis gloria, Cui ut omnes secundos in studiis meis progressus uni acceptum fero, ita & totam vitam, labores & actiones meas in posterum precibus commendo ardentissimis.





the scale towards document

incipum, Consiliariorum, Parliamentorum, Nobili-
sensu edantur. *l. 8. C. d. ll. auth. habita pr. C. ne fil.*
ntientes & volentes ad earum observantiam eo fir-

Unde & esse puto, quod ipsius Imp. potestas le-
ndendi, centro atq; spatio certo hodie circumscri-
llog. rer. quot. concl. 21. Ord das Ream.
prin. Decret. Spirens, d. An. 1526. in fin. pr. & passim

Nobilibus prærogativa in eo concessa, ut vestitu ac
ous discernantur. *l. 2. C. d. Vestib. holober. & aurat.*
pud alios populos observatum, ut de Indis, apud
obilis byssum induere poterat, testatur Philostrat-
lon. lib. 2. d. Parthis, apud quos Nobiles anaxy-
tin. lib. 41. d. Persis, Atheniensibus, apud quos in
iles ferre, tradiderunt Cui. & Amianus Ni-
Romanis, quorum Nobiles lunulis in pedibus, ut

7.

Nobilis & generosus

Appositam nigrae lunam subtrexit alutæ.
sius Satyr. 3. scribunt. Sed de Germanis Ta-
orib. Germanor. Prout vestes sericas Nobilibus
s concedit Reformat. guter Polickey zu Augspurg
An. 1577. Tit. vom Adell 14. Hinc probabiliter
lem, qui vili veste ob inopiam indutus, quicq; ob ve-
gredi impediatur, qui rebus suis super esse non pos-
tuendum arg. *l. 10. ff. ex quib. caus. major.* Quia sine
comparere non potest, conferatur. *e si qui testi-*

quæ ob bona Nobilibus indulta præcipuum vide-
aordinaria aliqua collatio non exigatur, quoniam
ur, ad pecuniarias contributiones non est urgendus,
rtic. 27. ne duplici gravetur onere. *l. 4. §. 2. ff ad*
ff. d. muner. & honor. quod nonnulli, moti R. A. zu
S. doch sollen. R. A. zu Speyer d. An. 1544. ad res
us non proferunt, extendunt. Verum cum verif-
time